Incipit opus lapidis xpti in aere qui vocatur tortuca Recipe calcem come cineres
clavellatorum et feces vini an in pondere quod sufficit atque quibus fiat capi
tellum sustinens omnia Recipe predicte capitelli lb quatuor urine pueror lb
quatuor aliud de rupe calcinati lb ij sal alkali ℥ qua^or misceantur et
istud est capitellum quod hic requiritur Recipe testudine crente cum toto suo sanguine
et ipsam cum cultello minuti scinde ad modum unguibus manuum et hec to^m
cum predicto capi^lo ponatur in cucurbita cuprea vel vitrea non discooperta ad solem
et podera per tres dies naturales dimitte postea supposito alembico vitreo igne
lentissimo sicut est ignis candele distillet cum nichil amplius distillari potest
igne fortificato Et hoc ut totum quitquid distillari potest distillet postea feces
feces abiciantur quia non valet postea illud quod distillatum fuit iterum p alem
bicum vitreum distillet Et quod in cucurbita remanserit custodiatur quia illud est
ignis et hoc est quod dicunt sapientes Aqua que distillavit iterum per se tercio distil
let ter et sufficiat Et de aqua ista sic ter distillata ponatur in fornum in uno
crusibulo scias verissime quod congelabit illud mercurium ad omnes perfectos Et
si de illo mercurio sic congelato posueris unum pondus super c partes alterius mercurii cru
di congelabit et continet ipsum in vera lunam Et si volueris operare ad rubeum
cum primo aqua posuisti in crusibulo ad ℥ iij pone ℥ j de igne prius servato
qui remanserit in fundo cucurbite quando distillasti aquam et de isto mercurio sic
congelato sive coagulato pone unum pondus super centum mercurii crudi et
efficiatur rubeus et hoc sufficit / .i. vitrioli

Incipit elixir aquarum et primo de aqua que dissolvit lunam Recipe cuperose ℥ xij
sal petre ℥ vj cinobrij ℥ iij misceantur et distillantur et fiat aqua fortis Et
primo pro illo xij gutte abiciantur quod nichil valet sed totum residuum deponatur
Et in dicta aqua resolvatur ℥ j lune naturalis super cineres calidos et dimitte
quiescere et feces residentes quas fecerit pone que sunt que sunt nigre et non
valent postea iterum super cineres calidos pone et ibi dimitte calefieri quousque
tercia eius pars fuit consumpta tunc remove et ipsam quiescere facias et feces
abice postea istam aquam custodi quousque tibi dixero

Aqua dissolvens mercurium et solem Recipe cuperose ℥ xii sal petre ℥ vj
cinobrij ℥ vj misceantur et distillentur et fiat aqua fortis Et memor
esto quod non recipias de aqua ista nisi illa que ebulliet super lamina ferrea
quia alia aqua nichil valet et in ista aqua dissolves mercurium unum
℥ j super cineres calidos postea dimitte quiescere et feces abice postea fac
consumere terciam partem eius postea iterum dimitte quiescere et feces remove preterea
istam aquam custodi quousque tibi dixero

Perfectivus operis ex aquarum in elixir per limam recipe istas duas aquas
predictas et ipsas adinvicem misce Et tunc fac quod tercia pars eius consumetur
postea feces abice postea ponatur ad aerem per aliquos dies et descendunt quasi
ampulle lapides cristallini fusibiles sicut cera et de istis lapides
recipe et ipsos in pole de seta et preterea ipsos in terra aut plures quod extractus
fuit a lapide benedicto Et dabis de predicto oleo pondus sui paulatim quousque

aquam oleo